



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 19. Omnes Rothomagensium articuli a Rege acceptati, invitis licet  
Anglis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. consilio attonitus hæsit, cumque sese ob-  
A. C. 1449 rutum comperisset ingenti illorum nume-  
 ro, qui vociferantes petebant, ut ipsis  
 Oratores ad Galliarum Regem decernere  
 liceret, cui urbem honestis conditioni-  
 bus, quas armorum vi ad deditionem  
 compulsi sperare haud possent, traderent,  
 Dux ob talem civium petitionem summo  
 terrore affectus, nil intentatum reliquit,  
 ut eorum consilia eluderet.

## §. XIX.

*Rothomagensium pacta a Rege acce-  
 ptata, invitis licet Anglis.*

Verum irriti fuere Sommerfeti conatus;  
 cives enim turmatim ad arma con-  
 volabant, elataque voce clamabant:  
*Pax! Pax!* Ergo Dux invitus licet an-  
 nuit, ut Legatos ad Regem decernerent,  
 atque ab eo securitatis literas obtinerent.  
 Has Galliarum Rex lubenti concessit ani-  
 mo, moxque deditionis pacta fuere ere-  
 cta in portu S. Ovani Rothomagum in-  
 ter & Pontem Arcuensem sito. Legati,  
 qui feria sexta, quæ erat septima decima  
 Octobris, Rothomagum redierunt, altera  
 die rei gestæ seriem omnibus congrega-  
 tis exponebant, qui cunctos articulos  
 omnino ratos habuere, insuper habitis  
 Anglorum oppositionibus, atque minis.

## §. XX.